



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ  
Provinciæ Saxoniæ S. Crucis**

**Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz**

**Nevhsii, 1706**

**VD18 10502327**

Titulus XIII. De his quæ omittuntur in Missa pro defunctis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)

## TITULUS XIII.

*De his quæ omittuntur in Missa pro Defunctis.*

**T**Otus hic titulus clarus est : hoc tantum nota, in die depositionis & Anniversario summi Pontificis, & pro Cardinalibus & Episcopis, dicitur prima Missa, illa scilicet, quæ in Commemoratione omnium fidelium defunctorum præscribitur : pro Sacerdote autem defuncto, dictis diebus, depositionis & Anniversario, plerumque dicitur 2da Missa pro defunctis : mutata semper oratione, quæ debet esse conveniens, pro Sacerdote plerumque sit : **Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes.** In aliis Missis pro Sacerdote dicendis, sumantur omnia ex quotidianis Missis defunctorum cum oratione, **Præsta quæsumus Domine.**

In die 3tio, 7imo, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missa ut in die obitus exceptis orationibus quæ dicuntur, ut sunt in proprio loco notatæ ; quæ tamen orationes dici non debent illis diebus, inter diem tertium, septimum & trigesimum interpositis, sed tunc dicatur Missa quotidiana cum oratione personæ defunctæ convenienti. Notandum generaliter, quod in Missis defunctorum, servata tamen semper Collecta convenienti, Epistolæ & Evangelia posita in una Missa, dici etiam possint in alia Missa pro defunctis.

**SEQUENTIA PRO DEFUNCTIS** dicitur, quandocunque in Missa legitur una tantum Oratio, nec tum ad arbitrium Sacerdotis legi vel omitti potest, sicut in aliis Missis, quando plures orationes legendæ sunt.

AP.